

que latinorum genus introduxit, non pertinet ad peregrinos manumittentes, sicut et Octavianus probat. Prætor non permittet manumissum servire, nisi aliter lege peregrina caveatur. — 15. Minor viginti annorum manumittere non potest, nec vindicta, nec testamento; itaque nec latinum facere potest: tantum enim apud consilium manumittere potest servum suum, causa probata. — 16. Is autem qui manumittitur apud amicos, quotcumque sit annorum, latinus fit; et solum ei hoc prodest libertas, ut postea iterum possit ex vindicta vel testamento manumitti, et civis romanus fieri. — 17. Mulier sine tutoris auctoritate...

Cujus sententia ex constitutione imperiali confirmata est. — 18. Servum pignori datum civem romanum facere debitor non potest, nisi si solvendo sit. Obstat enim libertati lex Ælia Sentia, qua vetat servum creditorum causa manumissum civem romanum fieri... sed latinum... — 19. Et qui in censu manumittitur, si triginta annos habeat, civitate romana potitur. Censu autem Romæ agi solet. Censu lustrum conditur. Est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur. Sed debet hic servus ex jure quirritium manumittentis esse, ut civis romanus fieri possit. Magna tamen dissensio est inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo census, an in eo tempore in quo lustrum conditur. Sunt enim qui existimant, non alias vires accipere quæ aguntur in censu, nisi hæc dies sequatur qua lustrum conditur. Existimant enim censum descendere ad diem lustrum, non lustrum decurrere ad diem censum. Quod ideo quæsitum est, quoniam omnia que in censu aguntur, lustrum consumantur. Sed in civitate romana tantum censum agi notum est: in provinciis autem magis professionibus utuntur.

HERENNIUS MODESTINUS

LIBRO DIFFERENTIARUM II.

TIT.

DE DEPOSITO VEL COMMENDATO.

* Commendati iudicio conventus est culpam præstare cogitur: qui vero depositi conventur, de dolo non etiam de culpa condemnandus est. Commodati enim contractu, quia utriusque contrahentis utilitas intervenit, utrumque præstatur: in depositi vero cum sola deponentis utilitas vertitur, ibi dolo tantum præstatur. Sed in ceteris quoque partibus juris ista regula custoditur: sic enim et in fiducia iudicio, et in actione rei uxoriæ et doli et culpa deducitur; quia utriusque contrahentis utilitas intervenit. In mandati vero iudicio doli... non etiam tutoris utilitas in administratione versatur. Depositum damnatum infamis est: qui

vero commodati damnatum non fit infamis. Alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur. Actione depositi conventus cibarium nomine apud eundem iudicem utiliter experitur: at is cui res commendata est, improbe cibarium exactionem intendit. Impensas tamen necessarias jure persequitur, quas forte in ægrum vel alias laborantem impenderit. Respondit: Res apud te deposita si subripiatur, dominus [domui] habet furti actionem, quamvis apud quem res deposita est intersit ob impensas in rem factas se retinere. Is vero cui res commendata sit, furti experiri debet, si modo solvenda actio fuerit, commodati semper in simplum competit: depositi vero nonnumquam in duplum, scilicet si ruinæ, vel naufragii, vel incendii, aut tumultus causa res deponatur.

1. Vide collationem legum M. et R. x. 2. — 2. Pithoeus legendum putat: «COMMENDATI IUDICIO CONVENTUS ETIAM CULPAM, etc.» — 3. Pithoeus ita repleri posse putat: doli et culpa præstatur.

GAII INSTITUTIONES

CUM JUSTINIANI INSTITUTIONIBUS

COLLATÆ.

COMMENTARIUS PRIMUS.

1. « Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. » Nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium est vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque

custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur. Populus itaque romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus. 2. Constant autem jura ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, consuetudinibus, et auctoritate principum. 1. Inst. 1. 2. 2. 1.

titutionibus principum, edictis eorum qui jus edicendi habent, responsis prudentium. — 3. Lex est, quod populus jubet atque constituit; plebiscitum est, quod plebs jubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur. Unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent. Sed postea lex Hortensia lata est, qua cautum est ut plebiscita universum populum tenerent; itaque eo modo legibus exæquata sunt. — 4. Senatusconsultum jus est, quod senatus jubet atque constituit. Idque legis vicem obtinet; quamvis fuit quæsitum. — 5. Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistola constituit; nec unquam dubitatum est, quin id legis vicem obtineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat. — 6. Jus autem edicendi habent magistratus populi romani. Sed amplissimum jus est in edictis duorum prætorum, urbani et peregrini, quorum in provinciis jurisdictionem præsidem earum habent; item in edictis ædilium curulium, quorum jurisdictionem in provinciis populi romani quæstores habent: nam in provincias Caesaris omnino quæstores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur. — 7. Responsa prudentium sunt sententiæ et opiniones eorum quibus permissum est jura condere: quorum omnium si in unum sententiæ concurrant, id quod ita sentiunt legis vicem obtinet; si vero dissentiant, iudici licet, quam velit sententiam sequi. Idque rescripto divi Hadriani significatur.

8. Omne autem jus quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Sed prius videamus de personis.

9. Et quidem summa divisio de jure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi. — 10. Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini. — 11. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt. — 12. Rursus libertinorum tria sunt genera; nam aut cives romani, aut latini, aut deditionum numero sunt: de quibus singulis dispiciamus, ac prius de deditionibus.

13. Lege itaque Ælia Sentia cavetur, ut qui servi a dominis pœne nomine vincti sunt, quibusve stigmata inscripta sunt, deve quibus ob noxam quæstio tormentis habita sit, et in ea noxa fuisse convicti sint, quique ut ferro aut cum bestiis depugnant traditi sint, inve ludum custodiæve conjecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, ejusdem conditionis liberi fiant, cujus conditionis sunt peregrini deditionum. — 14. Vocantur autem sic qui quondam adversus populum romanum armis susceptis pugnaverunt, et deinde victi se dederunt. — 15. Hujus ergo turpitudinis servos quocumque modo et e juscumque ætatis manumissos, etsi pleno jure dominorum fuerint, nunquam aut cives romanos aut latinos fieri dicemus, sed omnimodo deditionum numero constitui intelligemus.

16. Si vero in nulla tali turpitudine sit servus, manumissum modo civem romanum, modo latinum fieri dicemus. — 17. Nam in cujus persona tria hæc concurrunt, ut major sit annorum triginta, et ex jure quirritium domini, et justa ac legitima manumissione liberetur, id est, vindicta aut censu aut testamento, is civis romanus fit: sin vero aliquid eorum deerit, latinus erit.

18. Quod autem de ætate servi requiritur, lege Ælia Sentia introductum est; nam ea lex minores xxx annorum servos non aliter voluit manumissos cives romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium justa causa manumissionis approbata, liberati fuerint. — 19. Justa autem causa manumissionis est veluti si quis filium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnam, aut pædagogum, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, apud consilium manumittat.

20. Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque equitum romanorum puberum, in provinciis autem viginti recuperatorum civium romanorum: idque fit ultimo die conventus: sed Romæ certis diebus apud consilium manumittuntur. Majores vero triginta annorum servi semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum prætor aut proconsul in balneum vel in theatrum eat. — 21. Præterea minor triginta annorum servus manumissione potest civis romanus fieri, si ab eo domino qui solvendo non erat testamento liber et heres relictus sit. — 22. Locum in perficiendo edificio Romæ non minus quam partem semisariam patrimonii sui impenderit, jus quirritium consequatur. — 23. He articulus ad liberationem pertinet, de qua legitur in Epitome: « Nam latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis in testamento, aut in ecclesia, aut ante consilem manumittantur, civium romanorum privilegium consequuntur. » — 4. Inst. 1. 6. 2. 4. — 5. Id. 6. — 6. Id. 2. 7. — 7. Id. 2. 8. — 8. Id. 3. — 9. Id. 4. — 10. Id. 4. — 11. Id. 5. — 12. Id. 2. 3. — 13. Id. 2. 3. — 14. Id. — 15. Id. — 16. Id. 6. 2. 8. — 17. Id. 5. 2. 1.

latinum... is quia... — 22... manumissi sunt Latini Juniani dicuntur; latini ideo nam adsimilati sunt latinis coloniariis; juniani, ideo vero quia per legem Juniam libertatem acceperunt, cum olim servi viderentur esse. — 23. Non tamen illis permittit lex Junia, nec ipsis testamentum facere, nec ex testamento alieno capere, nec tutores testamento dari. — 24. Quod autem diximus, ex testamento eos capere non posse, ita intelligendum est, ut nihil directo hereditatis legatorumve nomine eos posse capere dicamus: alioquin per fideicommissum capere possunt. — 25. Hi vero qui deditionum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam qui liber peregrinusque est; nec ipsi testamentum facere possunt secundum quod plerisque placuit. — 26. Pessimam itaque libertas eorum est, qui deditionum numero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione principali aditus illis ad civitatem romanam datur. — 27. Quin et in urbe Roma vel intra centesimum urbem Romæ miliarium morari prohibentur, et si contra fecerint ipsi bonaque eorum publice venire jubentur ea conditione, ut ne in urbe Roma vel intra centesimum urbem Romæ miliarium serviant, neve unquam manumittantur; et si manumissi fuerint, servi populi romani esse jubentur: et hæc ita lege Ælia Sentia comprehensa sunt.

28. Latini multis modis ad civitatem romanam perveniunt. — 29. Statim enim eadem lege Ælia Sentia cautum est, ut minores triginta annorum manumissi et latini facti, si uxores duxerint vel cives romanas vel latinas coloniarias, vel ejusdem conditionis cujus et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus civibus romanis puberibus, et filium procreaverint, et is filius anniculus fuerit, permittatur eis, si velint, per eam legem adire prætorem vel in provinciis presidem provincie, et approbare se ex lege Ælia Sentia liberorum causa uxorem duxisse, et ex ea filium anniculum habere: et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronuntiaverit, tunc et ipse latinus (et filius) et uxor ejus, si et ipsa ejusdem conditionis sit, cives romani esse jubentur. — 30. Ideo autem in ipso filio adjectimus, si et ipse ejusdem conditionis sit, quia si uxor latini civis romana esset, qui ex ea nascitur, ex novo senatusconsulto quod auctore divo Hadriano factum est, civis romanus nascitur. — 31. Hoc tamen jus adipiscende civitatis romanæ, etiamsi soli minores triginta annorum manumissi et latini facti ex lege Ælia Sentia habuerint, tamen postea senatusconsulto quod Pegaso et Pusione consulis factum est, etiam majoribus triginta annorum manumissis latinis factis concessum est. — 32. Ceterum etiamsi ante accesserit latinus, quam anniculi filii causam probaret, potest mater ejus causam probare, et sic et ipsa fiet civis romana. — 33. Ipse filius cujus... debet causam probare, ut... de filio anniculo... illis... dominis... quirritium... caverit... in ejus loc... — 33. Edificio... non minus quam partem patrimonii sui impenderit, jus quirritium consequatur. — 34... frumenti... ad jus quirritium... consecutus... jus quirritium fuerit. — 35. Si quis alicujus et in bonis et ex jure quirritium sit, manumissus ab eodem scilicet, et latinus fieri potest, et jus quirritium consequi.

36. Non tamen cuicumque volent manumittere licet. — 37. Nam is qui in fraudem creditorum vel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Ælia Sentia impedit libertatem. — 38. Item eadem lege minori xx annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium justa causa manumissionis approbata fuerit. — 39. Justæ autem causæ manumissionis sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, aut pædagogum, aut collectaneum manumittat: sed et ille casus, quas superius in servo minore xxx annorum exposuimus, ad hunc quoque casum de quo loquimur, adferri possunt. Item ex diverso hæc casus, quas in minore xx annorum domino retulimus, porrigi possunt et ad servum minorem xxx annorum. — 40. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus xx annorum dominis per legem Æliam Sentiam constitutus sit: evenit, ut qui xiv annos ætatis expleverit, licet testamentum facere possit, et in eo heredem sibi instituire legataque relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum xx, libertatem servo dare non possit. — 41. Et quamvis latinum facere velit minor xx annorum dominus, tamen nihilominus debet apud consilium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere.

42. Desideratur pagina ad ejus argumentum pertinet hic locus Epitome: « Latini sunt qui aut per epistolam aut inter amicos aut contrivi adhibitione manumittuntur. » — 2. Locus in hunc fere modum restitui posse videtur: « Lex Julia cautum est, ut latini si in perficiendo edificio Romæ non minus quam partem semisariam patrimonii sui impenderit, jus quirritium consequatur. » — 3. He articulus ad liberationem pertinet, de qua legitur in Epitome: « Nam latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis in testamento, aut in ecclesia, aut ante consilem manumittantur, civium romanorum privilegium consequuntur. » — 4. Inst. 1. 6. 2. 4. — 5. Id. 6. — 6. Id. 2. 7. — 7. Id. 2. 8. — 8. Id. 3. — 9. Id. 4. — 10. Id. 4. — 11. Id. 5. — 12. Id. 2. 3. — 13. Id. 2. 3. — 14. Id. — 15. Id. — 16. Id. 6. 2. 8. — 17. Id. 5. 2. 1.

1. Desideratur pagina ad ejus argumentum pertinet hic locus Epitome: « Latini sunt qui aut per epistolam aut inter amicos aut contrivi adhibitione manumittuntur. » — 2. Locus in hunc fere modum restitui posse videtur: « Lex Julia cautum est, ut latini si in perficiendo edificio Romæ non minus quam partem semisariam patrimonii sui impenderit, jus quirritium consequatur. » — 3. He articulus ad liberationem pertinet, de qua legitur in Epitome: « Nam latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis in testamento, aut in ecclesia, aut ante consilem manumittantur, civium romanorum privilegium consequuntur. » — 4. Inst. 1. 6. 2. 4. — 5. Id. 6. — 6. Id. 2. 7. — 7. Id. 2. 8. — 8. Id. 3. — 9. Id. 4. — 10. Id. 4. — 11. Id. 5. — 12. Id. 2. 3. — 13. Id. 2. 3. — 14. Id. — 15. Id. — 16. Id. 6. 2. 8. — 17. Id. 5. 2. 1.